

λην — ἀναπτεῖ. Neque, ut aliam præterea emphasis  
in verbis Apostoli quæramus, opus esse videtur.

### §. XI.

Οὐτως) Hanc particulam non habet Codex. Alex.  
cum duobus aliis, nec Latinus uterque, nec Syrus,  
unde BENELIVS in marg. N. T. hanc lectionem pro  
firmiore habet lectione textus, licet non plane certa,  
& in App. Cr. τὸ οὐτως ex v. 5. huc illatum existi-  
mat; in Gnom. vero hanc præterea rationem adfert,  
quod Apostolus, si illud in hac similitudine iterum  
adhibere voluisse, non in medio, sed in principio apo-  
doseos adhibuisset: οὐτω και ἡ γλωσσα πυρ. Dein-  
ceps respondet WOLFFIO, pro hac particula dispu-  
tanti; Ac sane vix dari potest ratio, cur in medio apo-  
doseos demum compareat particula comparandi, quæ  
aptius posita fuisset initio statim, ut v. 5. Cohæren-  
tiām vero, quam omissa hac particula WOLFFIVS in  
textu desiderat, optimam ostendit ὁ μακαριτης noster.  
Ηγλωσσα καθισαται εν τοις μελεσιν ήμων) 1) Ηγλωσσα  
per anaphoram & emphasis iterum ponitur, ut in  
priori

priori enunciato. 2.) Verbum *καθισαθει*, sape plus non dicit, quam esse vel existere, quod RAPHELIVS ex Herodoto probat p. 429. 650. allegans quoque STEPHANVM, in Thes. L. gr. scribentem: *peculiare id habet καθισαμαι*, quod pro Fio, & Sum, vel Existo, dicitur, conf. Jac. IV, 4. Ceterum, cum durius quid sonet hæc locutio: *Lingua in membris nostris posita seu constituta est commaculans totum corpus*, recte forsitan *hypallage* in his verbis esse statuitur, sic evolvenda, ut præteritum fiat participium, & participium fiat præsens indicativi: *Lingua in membris nostris posita σπιλοι — φλογιζει — φλογιζεται* vel etiam emphasis non quærenda est in verbo *καθισαται*, sed in eo, quod sequitur, ἐν τοις μελεσιν ἡμων, ut sensus sit: lingua est *unum modo de numero tot membrorum*, & quidem *exiguum*, nihilominus ea est, quæ totum corpus, omnia membra, *contaminat*, ita GROTIUS. Η σπιλασα ὀλον το σωμα.) 1.) verbum *σπιλει* metaphoræ ab igne sic adtemperat BENGELIVS, ut accipiat de igne, per fumum commaculante; GROTIUS vero, &, cum Wolzogenio, MICHAELIS interpretatur, *inficere, anstecken*, perinde ut *miserei* hoc sensu

G

adhi-

adhibetur Ebr. XII, 15. ad significandum *contagium* ex herba amara seu venenata; & *Medicis* quoque, ubi de morbis contagiosis loquuntur, vox *μαστιχα* in usu est; talem certe *infectionem* comitari solet *inflammatio*, atque sic τὸ σπιλεύ & φλογιζεῖν in sermone Apostoli optime conspirant; conf. C. I, 27. ubi pariter ἀσπιλον ἑαυτον τηρεῖν ἀπὸ τῆς νοσμος, significare potest, immunem se servare a *contagio* mundi. Alii tamen retinent vulgarem significatum, quo σπιλεύ, *quamvis pollutionem* denotat, ut Ep. Jud. v. 23. conf. σπιλοι 2 Petr. II, 13. ἀσπιλος 2 Petr. III, 14. qui & sensus, si minus in prædicatum πνε, certe in appositionem subiecti, ὁ νοσμος τ. α. quadrat, ita ut lingua qua νοσμος τ. α. totum corpus *contaminare*, qua πνε vero rotam nativitatis *inflammare* dicatur.

2.) ὄλον το σωμα GROTIO & HAMMONDO, uti v. 2. ita & hic, est *corpus ecclesiæ*, quæ sape per unius atque alterius linguam in gravissimas dissensiones impellitur; sed manifestum est e contextu, intelligi *corpus*, cuius *membrum* est *lingua* v. 5. & cuius *reliqua membra* paullo ante memorantur in verbis, οὐ τοις μελεστιν ἡμων. Quia vero non de *physica* solum,

(quam-

(quamvis nec hæc excludenda sit) sed vel maxime etiam de *morali infestatione* heic sermo est, recte BENGELIVS per ὄλον τὸ σῶμα intelligit *corpus hominis* cum toto suo temperamento, imo totam ejus naturam, quippe quæ in homine sibi relicto & irregenito, adeoque carnali, in omni sua actione a corpore potissimum pendet.

### §. XII.

Καὶ φλογίζεται τὸν τρόχον τῆς γενεσεως,) 1) Post γενεσεως addunt ἡμων duo Codices, & interpres Latinus, Syrus, Arabs, Aethiops; sed, MILLIO judice, explicationis gratia forte ad marginem annotatum, in aliquos codices dein irrepsit; Codex certe Lincolniensis adhuc in margine habet, & γενεσεως carere potest hoc pronomine, uti σῶμα. 2) Pro γενεσεως Codices aliqui, teste OECVMENIO, habebant γεεννης, quam & lectionem sequitur Scholiares anonymus, a MILLIO citatus ad b. l. & in Proll. §. 1044. sed absque dubio sphalma hoc debetur alliterationi ad γεεννης in fine comm. 3.) Crux interpretum est phrasis τρόχος γενεσεως. A) GROTIUS & HEINSIUS legendum

G 2

putant